



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 82. Senatus hoc sermone pie commotus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI
A.C. 1564.

tus fuerit, adeo ut in illa die, ubi omnes homines coram tremendo Divini Judicis Tribunali cum omnibus suis peccatis, falsisque virtutibus comparebunt, ipse eos obstinatos de sua pervicacia redarguere, ac contra eos testem agere possit.

§. LXXXII.

Senatus hoc sermone pie commotus.

Grat. c. II.
Rayn. hoc
ann. n. 54.

His dictis Nuntius Regi decretorum volumen porrigens, cum tanta verborum gravitate, Zelo, ac rationum vi perorabat, ut non modo Senatus, & præprimis seniores Consilarii utpote pristinae Regni tranquillitatis, ac turbarum causæ memores commoverentur, sed ipsi etiam hæretici velut attoniti hærent. Gratianus quoque, qui cuncta, quæ Commendonus gessit, nobis scripta reliquit, hæc asserit: ego quidem, qui præsens penes Commendonum aderam, librum manu ferens, affirmare possum, plerosque lacrimantes me animadvertisse. Nuntius dum sermonem suum absolverat, & librum Regi porrexerat, e Senatu discedere parabat, ut ceteris deliberandi spatium relinqueret: verum Rex illum remanere iussit; haud enim, dixit subridens, minus libere apud te linguæ nostræ ignarum, quam si abesses, sententiæ a nobis dicentur: mox igitur colligebantur

tur suffragia, ubi Gnesnensis Archie-
 piscopus, qui prior verba fecerat, pro
 suo more amplissimis verbis Pontificis
 studium, ac Synodi Patrum prudentiam
 deprædicabat, præmissisque hisce elo-
 giis hunc librum honorifice esse reci-
 piendum censebat, nullum tamen cer-
 tum responsum esse dandum affirmabat,
 nisi illum Rex prius perlegisset, ac pro
 temporis opportunitate in suo Senatu
 discussisset. Verum Episcopi, & Ca-
 tholici contra hanc Archiepiscopi sen-
 tentiam vehementer insurgent, eo-
 quod Synodi decreta iudicio Regis, ac
 Senatus subicere videretur.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1564.

§. LXXXIII.

*Tridentina Synodus a Rege, ac Se-
 natu promulgata.*

Mox Rex, nequidem expectata cete-
 rorum sententia, quam ex omnium
 indignatione in Archiepiscopum con-
 cepta satis conicere poterat, ipse
 verba faciens hæc dixit: „satis mihi
 „persuasum habeo, quod Commendonus
 „orationem ex tempore habitam, cum
 „ea die in Senatum se esse vocandum
 „haud præscire potuerit, tanta tamen
 „vi, atque ordine peroraverit, divini
 „Numinis instinctu magis, quam præme-
 „ditatione, aut facultate sua pronuntia-
 „verit, eaque monita protulerit, ita-

Grat. l. c.
 Pallav. n. 3.